

argenti seu valorem, medietatem in festo pasche et medietatem in festo Michaelis, annuatim in omnem eventum, salvis monasterio iure scolastico, tribus ortis, uno videlicet prope coemiterium Osterwegen, duobus aliis fossam civitatis contingentibus, et instita panum, que ad eandem ecclesiam non pertinuerunt ab antiquo, et aliis, que in bonis feodalibus per vacaciones dicto monasterio futuris temporibus poterunt evenire. Omnibus igitur premissis rite et racionalibiter ordinatis discretum virum Heinricum dictum Wegehoubt presbyterum ad memoratam ecclesiam in Zwickowe ex concordia presentacione prepositi et conventus sepe dicti monasterii per archidiaconum loci sepe dictum eo modo, ut predicatur, institutum et successores suos instituendos in his scriptis in nomine domini auctoritate ordinaria confirmanus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo archidiaconi loci predicti presentibus est appensum, quod nos Heinricus de Nebere pincerna, archidiaconus terre Plisnensis predictus, ad exprimendum consensum nostrum ordinacioni predictae liberaliter accessisse, auctoritatem quoque nostram circa institutionem predicti Heinrici vicarii perpetui ad sepe dictam ecclesiam factam legitime intervenisse, duximus apponendum. Actum et datum anno domini M^oCCC^oXXX, feria tertia post misericordias, pontificatus nostri anno quarto decimo.

73. *Kaiser Ludwig der Bayer erhöht die Pfandsomme für die an Markgraf Friedrich (II.) von Meißen verpfändeten Städte Altenburg, Chemnitz und Zwickau um weitere 1.000 Mark.*

1330 Juni 2, Speyer

Original: Kriegsverlust, ehemalige Signatur SächsHStA Dresden, 10001, Ältere Urkunden, Nr. 2525, Foto vom Text vorhanden (Negativ Nr. 3849). — Edition: MGH Const. 6,1, S. 656 f., Nr. 774; Altenburger UB, S. 447 f., Nr. 571. — Regest: Urkunden des Vereins für Chemnitzer Geschichte, S. 41 f., Nr. 30. — Anm.: Vgl. CDS II, Bd. 6, S. XXII.

Ludowicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus illustri Friderico Tūringie lantgravio terrarum Missenensis et Orientalis marchioni genero suo karissimo gratiam suam et omne bonum. Ob grata servicia, que nobis sacroque Romano imperio multiformiter impendisti, tibi tuisque heredibus mille marcas argenti puri super civitates nostras ultra id, quod antea tibi pignori obligate existunt, videlicet Aldenburg, Zwiggoŵe et Keminitz, presentis tenore oraculi deputamus volentes, ut dictas civitates seu oppida cum omnibus suis pertinentiis seu iuribus tu tuique heredes nomine pignoratione teneatis quousque per nos aut nostros in Romano regno vel imperio successores pro dictis mille marcis et ultra ea pecunie summa, qua primitus nobis obligata existunt, integraliter redimantur. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Spire sabbato post diem sanctum pentecostes anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sestodecimo, imperii vero tercio.